Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

petit eam. Dicebat enim iohs
herodi. Non licet tibi habere uxorem
fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi. et volebat occidere eum nec poterat. Herodes autem metuebat iohem. sciens eum virum iustum et sanctum. et custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat. et libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset. herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis et primis galilee. Cumque filia ipsius introisset herodiadis et saltasset. et placuisset herodi simulque recumbentibus rex ait puelle. Pete a me quodcumque volueris dabo tibi. Et iurauit illi. quia quicquid petieris dabo tibi. hec dimidium regni mei. Que cum exisset. dixit matri sue. Quid petam. Et illa dixit. Caput iohannis baptiste. Cumque introisset statim cum festinatione. ad regem petiit dicens. Volo ut protinus des michi in disco. capud iohis baptiste. Et contristatus est rex. propter iusiurandum et propter simul recumbentes noluit eam contristare. sed misso spiculatore iussit afferri capud eius in disco. Et decollauit eum in carcere. et attulit capud eius in disco. et dedit illud puelle. et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius venerunt et tulerunt corpus eius. et posuerunt illud in monumento.

Secre. Munera tibi domine pleniter in muneribus tui johis baptiste passione delectamur. qua dum finitur muneribus tuis est celesti sede petitus: quibus ut eius obtentu nobis prestare dignaris ad salutem p.

Ipleni. Confortent nobis sancti johis uenerandi sollempnitatis ut magnifica sacrificia que sumpsimus. et significata venerantes. et in nobis perficiat quod gerimus p. Sabine vgis

Domine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua exaudi me. et in iustitia tua. Et ne intres in iudicio cum seruo tuo. quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Ps. Beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde exquirunt eum. Ord

ac miracula etiam in seruis suis glorificatam martyrum tuorum sancti. hodie precipuus. ut cum natali celitus colimus. pietas adhe exemplis gradiamur. Epla Sapientia vnde Euvg Sile est. ne ce. tibi. secre

Hostias tibi domine beate Sabine